

Prot. n. 47135/12 CA

Praecepti

(Sr. N. – Congregatio pro Institutis vitae
consecratae et Societatibus vitae apos-
tolicae)

DECRETUM

In causa, de qua supra, Em.mus
H.S.T. Praefectus in Congressu diei 25
novembris 2013 causam, de qua supra, ad
disceptationem coram Em.mis Exc.mis-
que H.S.T. Iudicibus admisit.

Congregatio autem pro Institutis vi-
tae consecratae et Societatibus vitae apos-
tolicae die 24 ianuarii 2014 novum tulit
decretum, quo decretum impugnatum re-
vocavit et recursum Rev.dae Sororis N.
diei 10 septembris 2012 accepit.

Quibus praehabitis,

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Re sedulo examini subiecta.

Considerato quod quovis in stadio
processus lis finita habetur revocatione
actus impugnati (art. 78, § 3 *Legis propriae*
H.S.T.).

Perspecto quod Congregatio pro Ins-
titutis vitae consecratae et Societatibus vi-
tae apostolicae decreto diei 24 ianuarii
2014 decretum apud H.S.T. impugnatum
revocavit: «cette Congrégation ... par le
présent décret, révoque le précédent dé-
cret du 11 juillet 2012 et, par conséquent,
accueille le recours présenté selon le ca-
non 1737».

Cum proinde recursus diei 10 septembris 2012 adversus decretum diei 11 iulii 2012 cessaverit ob defectum obiecti.

Visis votis Rev.mi Promotoris Iustitiae et Rev.di Promotoris Iustitiae Substituti.

Vi art. 78, § 3 *Legis propriae* H.S.T.,

decrevit:

Litem finitam declarandam esse et facto declarari.

Institutum Cl.mo Patrono Rev.dae N. congruum honorarium, ab H.S.T. approbatum, solvat. Honorario Cl.mi Patroni ecclesiasticae auctoritatis provideat Congregatio pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae.

Expensae processuales solvantur ex arca H.S.T.

Et notificetur iis, quorum interest, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae e Sede huius Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis die 6 februarii 2014.

+ Franciscus DANEELS, o.praem.
Archiepiscopus tit. Bitensis
Secretarius

Iosephus Ferdinandus MEJÍA YÁNEZ,
m.g.
Moderator Cancellariae